



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 26. Joannis Baptistæ Folengii extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

**Sæcul. XVI.** oma transtulit, præcipue vero Origenis  
A. C. 1559. commentarium in librum Job, necnon  
 opera Sancto Dionysio Areopagitæ ad-  
 scripta; nec minus unacum annotatio-  
 nibus latine reddidit Sancti Justini li-  
 bros, D. Basilii Hexameron, Sancto-  
 rum Ignatii, & Polycarpi epistolas, vi-  
 tam D. Petri a Sancto Clemente con-  
 scriptam præter quædam Divi Joannis  
 Damasceni opera. Scripsit etiam locos  
 communes Theologicos, eosque quoad  
 istud Aristotelem, & Ciceronem imita-  
 tus Topica Theologica nuncupabat, in  
 quibus ex selectissimis sacræ Scripturæ,  
 & Patrum testimoniis Catholicam do-  
 ctrinam comprobabat, & Melanchtonis,  
 aliorumque Protestantium argumenta  
 refellebat.

## §. XXVI.

*Joannis Baptistæ Folengii extrema.*

*Miræus l. c.* **S**extus hoc loco venit Joannes Ba-  
*Dupin. p. 34.* ptista Folengius Ordinis S. Benedicti  
*Tuan. l. c.* alumnus Mantuæ natus, Vir scientia,  
 vitæ integritate, ac pietate celeberrimus. Is vitæ Religiosæ institutum Pa-  
 tavii in S. Justinæ Cœnobio, cui etiam  
 postea præerat, profitebatur, ibidem-  
 que die quinta Octobris Anno Christi  
 millesimo quingentesimo quinquagesimo  
 nono, ætatis suæ sexagesimo mortali-  
 tatem exiit, cum suum emendandæ  
 disci-

disciplinæ Ecclesiasticæ studium, nec- Sæcul. XVI.  
 non hæreticos ad finem Ecclesiæ re- A C 1559.  
 vocandi Zelum multis argumentis te-  
 statum reddidisset; nam hoc Religionis  
 fervore animatus Sacræ Scripturæ stu-  
 dio incubuit, ac Commentarios in  
 utramque D. Petri, & Sancti Jacobi,  
 necnon in primam S. Joannis epistolam  
 conscripsit, quæ ejus opera Anno In-  
 carnationis Dominicæ millesimo quin-  
 gentesimo quinquagesimo quinto typis  
 edita fuerunt: cum vero calamo nimis  
 libero uteretur, Romanæ curiæ indi-  
 gnationem incurrebat, ejusque opera  
 libris in Indice prohibitis accenseban-  
 tur. Benignius fatum ferebant illius  
 Commentarii in Psalmos, qui primo  
 Basileæ Anno millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo septimo excusi sunt, &  
 postea Gregorii XIII. jussu Anno mil-  
 lesimo quingentesimo octogesimo quinto  
 recogniti, ac juxta scriptum Authoris  
 Codicem emendati secundo prelo pro-  
 dierunt, in quo illius opere præter in-  
 signem pietatem ingens elucet ejusdem  
 eruditio: scripsit insuper Folengius ta-  
 bulam prorsus utilissimam, in qua Psal-  
 mos ad diversas classes juxta argumenta,  
 quæ ibidem pertractantur, scite reduxit.

§. XXVII.

*Roberti Cenalis obitus.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. U Hisce*